

39 Omnes tamen supra recensita causae exheredandi cessant, si ante conditum testamentum parentes cum liberis, & liberi cum parentibus reconciliantur; Sic communis cum Julio Claro, §. Testamentum quest. 41. num. 9. Ro-
 40 ta part. 1. decis. 29. num. 1. Item cessant causae exheredationis, si proles, vel parentes post datam exheredationis causam monasterium ingrediuntur, quamvis reconcilia-
 tio subsequuta non sit. Covarr. de testament. cap. 16. nu-
 mer. 28. Abbas vol. 2. cons. 7. Felin. in cap. Rodolphus, de
 rescript. Reiffenstuel loc. cit. num. 505. Glossa in leg. De
 nobis, Cod. de Episcop. & Cleric. arg. cap. Non liceat pa-

rentibus liberos, vel liberis parentes ab hereditate repelle-
 re Monachos factos, quamvis, dum laici fuerint, in cau-
 sam ingratitudinis incidimus.
 Causae ob quas exheredari potest frater in casu,
 quo turpis persona instituta est haeres, sunt tres; *Novella*
 22. cap. 47. Prima, si vite fratris insidias mortis ten-
 taverit; *Novella* 22. cap. 47. ibi: *Illum solum tanquam*
ingratum circa fratrem effectum participari hoc lucrum
non concedimus, qui mortem voluit fratris. Secunda, si
fratrem accusaverit in causis graviter criminalibus; cit.
Novella 22. cap. 46. ibi: Aut criminales inducere contra
eum

pedimentum praestans ad eorum matrimonii celebrationem expediatur, vim ullam retinebit, utpotè cum personis si-
 bi bene visis contrahere nuptias poterunt. (1)

(Nulla difficultas super hac indica dispositione conspectui se praesentat; verum est, leges haecine dominia am-
 plectentes, ad americana protendi; (2) ita ut non videatur necessario, ut supra animadversa practica effectus in
 ultramarinis territoriis plenarios suos consequatur, alia promulgari, quamvis ni fallor, pra manibus non habeatur,
 specifica fuit ejus extensio facta: cujus comprobationem ortum duci suadet *ex regis schedulis* 31. & 26. *Mari*
ann. 1783. (3) quae quidem casuum super dicta practicae observantia in ditionibus supradictis occurrentium
 fuere decisiones utraque dominia complectentes & declarantes, minores & majores viginti quinque annis consensum
 ad contrahendum spectare debere, nec sufficere hosce consilium dumtaxat petere; postquam de verbo ad verbum
 decretum ad eas directum perlegeris, vide (equod aliquid conducere advertitur) indulgentiam, quacum per-
 sonae proprie Indicae tractantur: ideo aliis inserta locis recognosce; (4) ex quibus omnibus, nulla à dicta hujus
 peninsula resolutione facta discretionem poteris majorem intelligentiam capere.)

los padres, ó de los que están en su lugar. 17. Que pa-
 ra atajar estos matrimonios desiguales, y evitar los per-
 juicios del estado, y familias, se observe inviolablemen-
 te por los Ordinarios eclesiásticos, Provisores y Vica-
 rios lo dispuesto en el Concilio de Trento en punto á las
 proclamas, excusando su dispensacion voluntaria. 18. Pa-
 ra la observancia de todo lo referido, y en uso de la
 proteccion que la potestad real debe dispensar al mas
 exacto cumplimiento de las reglas canonicas, al respeto
 de los hijos de familias á sus padres y mayores, y al con-
 veniente orden y tranquilidad de las familias, de que
 depende la del Estado en gran parte; ruego y encar-
 go á los muy Reverendos Arzobispos, como Metropo-
 litanos, á los Reverendos Obispos y demas Prelados en
 sus Diócesis y territorios, hagan que sus Provisores,
 Visitadores, Promotores Fiscales, Vicarios, Curas, Ten-
 nientes y Notarios, se instruyan de esta mi Pragmá-
 tica, y de las prevenciones explicadas en ella, para que
 igualmente promuevan y concurren á su debida obser-
 vancia y cumplimiento. 19. Que en razon de esta mi
 pragmática y prevenciones que hicieron los Prelados
 en consecuencia de ella, y de la Cédula particular que
 se les dirige con esta misma fecha, puedan las partes in-
 teresadas usar de los recursos competentes. Y para que
 lo contenido en esta mi pragmática sancion tenga su ple-
 no y debido cumplimiento; mando á los del mi Conse-
 jo, Presidentes y Oidores de mis Audiencias y Chanci-
 llerías, y á los demas Jueces y Justicias de estos mis
 reynos, á quien lo contenido toque ó tocar pueda, vean
 lo que va dispuesto en ella, y arreglándose á su serie,
 y tenor, den los autos y mandamientos que fueren ne-
 cesarios, sin permitir se contravenga en manera alguna,
 sin embargo de qualesquiera leyes, ordenanzas, estilo,
 ó costumbre en contrario; pues en quanto á esto lo de-
 rogo y doy por ninguno, y quiero se esté, y pase in-
 violablemente por lo que aqui va dispuesto, prece-
 diendo publicarse en Madrid, y en las demas ciudades
 villas y lugares de estos reynos en la forma acostum-
 brada: Que asi es mi voluntad. *Reg. Sced. 23. Mar-
 tii 1776.* Sabed, que con esta fecha he tenido por bien
 mandar expedir, á consulta del mi Consejo pleno, una
 pragmática sancion por cuyo medio, y la puntual ob-
 servancia de lo dispuesto en el Santo Concilio de Trento,
 se eviten los esponsales entre personas notablemente
 desiguales, y se restablezca el respeto debido á los pa-
 dres y mayores, á fin de que en punto de tanta im-
 portancia los hijos de familias obren con su precisa di-
 reccion y consentimiento. Y como la Iglesia siempre, y
 en todos tiempos detestó, y prohibe los matrimonios,
 que se celebran sin noticia, ó contra el justo, y racio-

nal disenso de los padres; la Santidad de Bene-
 dicto XIV. en su Encyclica de diez y siete de Noviem-
 bre de mil setecientos noventa y uno encarga, que cui-
 dadosamente se examine y averigüe la calidad, grado,
 condicion y estado de las personas que solicitan con-
 traerlos, y particularmente si son hijos de familias, cu-
 yos padres justamente disienten la celebracion de seme-
 jantes matrimonios. Y siendo muy propio del ministe-
 rio pastoral de los Prelados, y demas Jueces eclesiási-
 cos, evitar seriamente toda ocasion y motivo de que
 los hijos falten á la debida obediencia de sus padres,
 de que resultan tantas ofensas á Dios, y funestas con-
 sequencias al honor y tranquilidad de las familias: he
 venido en usode la proteccion debida al Santo Concilio
 de Trento, á la mas pura disciplina eclesiástica, y á
 la que en esta parte recomienda la Santidad del Papa
 Benedicto XIV. en dirigidos la referida pragmática, y
 espero de vuestro zelo pastoral, que dareis las mas ope-
 runas providencias, para que tenga su debido efecto en
 la parte que os toca: que asi es mi voluntad:

(1) *L. 2. tit. 1. lib. 6. Ind.* Es nuestra voluntad, que
 los Indios é Indias tengan, como deben, entera libertad
 para casarse con quien quisieren, así con Indios, como
 con naturales de estos Reynos; ó Españoles nacidos en
 Indias, y que en esto no se les ponga impedimento. Y
 mandamos que ninguna orden nuestra que se hubiere
 dado, ó por nos fuere dada, pueda impedir ni impedir
 el matrimonio entre los Indios, con Españoles, ó Espa-
 ñolas, y que todos tengan entera libertad de casarse
 con quien quisieren, y nuestras Audiencias procuren
 que así se guarde y cumpla.

(2) *Vide lit. B. pag. 264. vers.* Non discrepant: &
pag. 394. in addit. hisp. Lex 1. tit. 1. lib. 2. Recop. Indio.
ibi: y en lo que no estuviere decidido por las leyes de
esta Recop. para las decisiones de las causas y su deter-
minacion, se guarden las Leyes de la Recop. y Part. de
estos reynos de Castilla, conforme á la ley sig.

Lex 2. ejurd. Ordenamos, y mandamos, que en todos
los casos, negocios y pleytos, en que no estuviere deci-
didido, ni declarado lo que se debe proveer por las leyes
de esta Recop. ó por Cédulas y Ordenanzas dadas, y
no revocadas para las Indias, y las que por nuestra or-
den se despacharen, se guarden las leyes de nuestro
reyno de Castilla, conforme á la de Toro:

(3) *Vid. lit. D. pag. 120. in add. hisp. nov.*
 (4) *Vid. lit. E. verb. Emptio pag. 225. verb. Inquisi-*
tionis tribunal, vers. Non minori: verb. Matrimonium,
vers. Regibus considerantibus: verb. Multae, vers. Prae-
meditetur: verb. Testamentum, vers. Indicis in provin-
ciis: in add. hisp.

eam subscriptionem. Tertia, si bonis fraternalis tentaverit in-
 44 ferre jacturam; *Novella 22. cap. 47. ibi: Aut subs-*
 45 *tantia ejus preparavit inferre jacturam, ejus enim portio*
nam ad reliquos fratres, quam matrem veniat, & istae cau-
sae brevius comprehenduntur sequentibus versibus.
Tres licet ab causis ingratum pellere fratrem,
Si Fratri insidias, perniciumque ferat,
Si roclera affingat, ferro, fiscoque pianda,
Aut si fratris nos perdere tenet oper.

(Praeter ea, quae infra in add. hisp. notatur, legum
 1. 2. & 3. tit. 9. lib. 3. For. Reg. 1. usque ad 12. tit. 7. p. 6.
 nullus debet oblivisci, nam cum precedenti doctrina
 consonant: dumtaxat in exheredationis causis *num. 21.*
22. & 23. insertis discrimen advertitur: in hisce ut ex-
 heredatio sustineatur, filii exheredati debent jam habe-
 re adimpletam annorum etatem decem & octo: in ceteris
 sufficere decem cum dimidio: ex tunc doli capaces
 aestimantur: videantur insuper in hujus confirmationem
 leges 4. tit. 19. p. 6. 9. tit. 1. 10. tit. 7. 17. tit. 14. 8. tit. 31.
 p. 7. & add. hispanica *lit. I. pag. 4.*

Quam conforme sit juri hispano in regia pragmática
 subsinerta determinatum ut in conspectu habeatur, etiam
 quae vires ipsamet dispositio quotidie accipiat: per
 quam necessarium aestimatur, cetera concernentia, ac
 noviter praevienta recognoscere: quapropter Lector ad *lit.*
D. se conferat, & pag. 59. col. 1. & princip. 2. col. cum
pag. 120. eolum. 2. in add. hisp. novis. perlegat: quae pag. 59.
vers. Nullum, & Hodie: sunt inserta, quam primum
 agnoscat: postea quae huic verba infra sunt adjecta:
 illic, ad eandem *pag. 59. vers. Reminisci: revertat:*
 successivèque ad *pag. 120. Ubicumque, etsi non omnia*
 super hac materia fuere detecta, praecipua, atque ge-
 neraliter regulam constitutiva addita reperiantur.)

45 Exheredatio ut plurimum fit *notae causa, & in pa-*
 46 *nam liberorum.* Sed & fieri exheredatio potest *bona men-*
 te. De hac agendum.

47 Eius habetur mentio in *leg. 18. ff. de liber. & posthum.*
instituent. Sc. ibi: Multi non nota causa exheredant
filios, nec ut eis obsint, sed ut eis consulant, (ut puta im-
puberibus) eisque fideicommissam hereditatem dant:
num. in leg. 12. §. 2. ff. de bon. libertor. ibi: Si quis non
malam mente parentes exheredatus sit, sed alia ex cau-
sa, exheredatio ipsi non nocet, ut puta pone furoris
causa exheredatum eum, vel ideo quia impubes erat,
heredemque institutum rogatum ei restituere heredi-
tatem? Confer itidem leg. 42. ff. eod. leg. 16. §. 2. ff. de
curat. furios. leg. 25. Cod. Inoffic. testam.

48 Exempla exheredationis bona mente sunt. I. Si pater
 habet filium prodigum, & ex eo nepotes, potest haeredes
 instituire nepotes, & exheredare filium, eique quod suf-
 ficeret alimentorum nomine à nepotibus certum legare,
 addita causa necessitateque *judicii sui, ut dicitur in l. 16.*
§. 2. ff. de curat. furios. scilicet quod eum exheredaverit
 non nota causa, & in penam, sed in ipsius favorem
 ad conservanda bona, ne ea dissipet. II. Si pater ingen-
 49 tes divitias relinquat, insidias vero timeat vite parvuli
 filii ab agnatis bonis illis insidiandibus, valet alium in-
 stituere haeredem, eumque fideicomisso gravare de res-
 tituenda hereditate filio si in suam tutelam perveniat.
 Vide & alia plura exempla apud Stryk. in usu modern.
 Pandect. lib. 28. tit. 2. §. 9.

50 Forma praescripta à Novella 115. de qua disserit Auc-
 tor, non pertinet ad exheredationem hanc, quae fit bo-
 na mente, sed restringenda est ad exheredationem tan-
 tum, quae fit notae causa & in penam; Carpzo. *Juris-*
prud. forens. part. 3. constit. 9. defin. 11. Richter. decis. 41.
num. 29. & seq.

51 Plura autem hinc sequuntur. I. Exheredatio quae bo-
 na mente fit ad certum tempus fit; quod alias fieri ne-
 52 quit. II. Valet exheredatio bona mente sine expressione
 53 cause. III. Posthumi bona mente exheredari queunt, non
 item notae causa, & in penam, quam nulla causa in
 54 Nov. 115. determinata cadere in eos possit. IV. Contra
 exheredationem notae causa & in penam factam consu-
 litur filiis quaerela inofficiosi testamenti, sed hac locum
 Ferrar. *Bibliothec. Tom. III.*

sibi haud vindicat in exheredatione bona mente facta,
 V. Ex jure Novellae 115. Pater filio impuberi nota causa 55
 & in penam exheredato, pupillariter substituere ne-
 quit, prout olim poterat. At potest pupillariter substi-
 tuere filio impuberi bona mente exheredato. Vide &
 alias differentias apud Stryk. in usu modern. Pandect. lib. 28.
 tit. 2. §. 10.

(Absque aliquo discrimine *lex 6. tit. 5. p. 6.* patrem
 posse *(vid. lit. D. pag. 110. col. 2. vers. Etsi:)* filio exher-
 edato substituere determinat. Proovium & *lex 1. tit. 8.*
ejud. p. quod contra exheredationem detur quaerela in-
 officiosi testamenti, declarat: intentari, seu in iudicium
 deduci non valet, si infra quinquennium post hereditatis
 additionem major quinq; & viginti annis eam non
 proposuerit: minor autem usque in complementum nove-
 m & viginti remedium hocine deducere poterit
leg. 4. tit. 8. p. 6. qualitercumque exheredationi assensu
 praebatur, quaerela non ingreditur, *leg. 6. ejurd.*
tit. 8. p. 1.

Reliquum est ut discutiatur, an in dubio exher- 56
 edatio bona mente facta censi debeat? Varias de hac
 quaestione sententias congesserunt Menoch. *de praesumpt.*
l. 4. praesumpt. 28. Maschard. de probat. conclus. 714. Link.
dissert. de exheredat. bona mente facta §. 21. Porro si illud 57
 praesumi debet, quod communiter fit, in dubio non bo-
 na mente, sed nota causa in penam exheredatio facta
 praesumi debet. Quae enim bona mente fit exheredatio, ea 58
 à regula recedit, irregularis est, & ad casus exceptos
 referenda, ac proinde qui in ea se fundat, ostendere de-
 bet bona mente à patre ipsam factam esse; Confer *Link. 59*
dissert. de exhered. bon. menti facta. tit. §. 21. in fine.

Nota vero, quod hac praesumptio generalis est, & sic 60
 elidi facile potest per speciales circumstantias, quales
 sunt illae notae in adductis exemplis, & aliis allegatis
 à Strykio *ubi supra.*

EXORCISTATUS.

Exorcistatus conferendus est Subdiacono, Diacono,
 & Presbytero Graeco, qui ritu latino ad Diacono-
 tum, Presbyteratum, aut Episcopatum, sint promovendi,
 Benedictus XIV. constit. incip. Et si Pastoralis §. 7.
 Alia vide *verb. Ordo art. 1. à num. 34. ad 56.*

EXORCIZARE, EXORCISTA.

SUMMARIUM.

- 1 Exorcizare sumitur in duplci sensu, & assignatur uterque sensus.
- 2 Hic non est sermo de exorcismo capto in primo sensu, sed solum in secundo.
- 3 Traditur definitio exorcismi capti in secundo sensu.
- 4 Exorcismi ceremonia, quae fit in baptismo, ubi expressè imperetur?
- 5 Et ubi de hac antiqua ceremonia fiat specialis mentio.
- 6 Exorcizari adhuc debet infans, quamvis ratione periculi jam fuerit baptizatus.
- 7 Exorcista munus quid sit.
- 8 Ad licite exorcizandum tria requiruntur, quae assignantur.
- 9 Nemo potest exorcizare sine licentia Ordinarii, etiamsi sit Regularis.
- 10 Affertur ad hoc litera encyclica directa Ordinariis.
- 11 Exorcista, si tale exorcizandi munus exerceat circum-
 liti, & aliis modis insolitis, mittuntur in exilium.
- 12 Ad exorcizandum Moniales Ordinarius non concedit
 licentiam ingrediendi clausuram.
- 13 Neque Sacra Congregatio illam concedere solet.
- 14 Et si concedatur, intelligitur tantum pro benedictionis
 cellis de infictione suspectis.
- 15 Exorcizatio Monialis à quo, & quomodo, & in quo lo-
 co sit faciendâ, demonstratur, ad num. 16.

17 Signa præcipua energumorum, seu à dæmone obsessorum referuntur.

18 Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 20.

EXORCIZARE sumitur in duplici sensu. Primo ad significandum exorcismum, seu benedictionem aquæ, & salis, quæ fit in missa parochiali, seu conventuali. Secundo ad exprimendam obstestationem, qua utitur ecclesia ad expellendum dæmonem, ejusque potentiam, ut fit in cæremoniis, quæ baptismum antecedunt, & pro obsessis, aut possessis à dæmone. De exorcismo in primo sensu sumpto hic non est sermo; sed solum de Exorcismo sumpto in secundo sensu. Et exorcismus sumptus in hoc secundo sensu definitur, quod sit divini Numinis obstatio ad effugandum, seu expellendum dæmonem, ejusque virtutem, seu potentiam. Est in re communis.

4 Exorcismi cæremonia, quæ fit in Baptismo imperatur expresse in cap. Sive 53. dist. 4. de consecratione; ibi: "Sive parvuli, sive juvenes ad regenerationis veniant sacramentum, non prius fontem vitæ adeant, quam exorcismis, & exultationibus Clericorum spiritus ab eis immundus abjiciatur." Et hujus antiquæ cæremonie fit mentio in cap. Sicut 62. dist. 4. de consecratione; ibi: "Sicut nostri fratres carissimi, & parvuli exultantur, & exorcizantur, ut pellatur diaboli potestas inimica, quæ deceptit hominem, ut homines possideret." Et in cap. Dehinc 66. ead. dist. 4. de consecratione. Exorcizatur diabolus, ut suam nequitiam agnoscens, & justitiam super se judicium timens, recedat ab homine, nec jam contendat eum arte sua subvertere, ne baptismum consequatur; & in cap. Sacerdotes 67. eadem dist. 4. de consecratione. laudatur antiqua ecclesie traditio imponendi manus super credentes ad dæmonia ab eis ejicienda, ibi: "Sacerdotes cum per exorcismi gratiam manum credentibus imponunt, & habitare malignos spiritus in eorum mentes contradicunt, quid aliud faciunt, nisi quod dæmonia ejiciunt?"

6 Exorcizari adhuc debet infans, quamvis ratione periculi jam fuerit baptizatus. Sic expresse statuit Rituale Romanum, & sic expresse statuerunt varia Concilia provincialia, & signanter Concilium Remense anno 1583. Burdigalense anno 1584. Aquense anno 1585. & alia plurima. Et ratio est, quia ut inquit S. Thom. 3. p. quest. 71. art. 3. in corpore non solum dæmon conatur impedire, ne infans baptismi effectum accipiat, sed etiam ne de illo accepto deinceps fructum percipiat, sed etiam ne de illo accepto deinceps fructum percipiat, ibi: "Tunc cessante periculo debent suppleri (Cæremonia omnes) ut servetur uniformitas in baptismo, nec frustra suppletur post baptismum, quia sicut impeditur effectus baptismi, antequam percipiatur, ita potest impedi postquam fuerit perceptus;" & sententiam istam affert Ricardus in 4. dist. art. ult. quest. 1. quem laudat, & sequitur Angelus de Clavasio verb. Exorcismus num. 2. "Quid, ait hic Auctor, si aliquis baptizetur sine exorcismo? Responder Richardus, quos debet post baptismum exorcizari... quia licet baptizato parvulo, peccatum non sit; tamen in eo remanet actualiter fomes peccati, & ideo etiam post Baptismum habet efficaciam reprimendi diabolum."

7 Exorciste munus est manus imponere supra vexatos à spiritibus immundis, ad illos adjurandos, & ejiciendos, item ad exorcizandos Catechumenos. Sic communis. Ad licite exercendum tria requiruntur. Primo ut fiat exorcizatio ex causa gravi, non ex levitate, non ad sciscitanda à dæmone quesita curiosa, sed ad liberandos energumenos à tyrannide dæmonis. Sic docet S. Thomas 2. 2. quest. 90. art. 2. Secundo requiritur, ut adjurato dæmonis fiat absque precibus, sed cum imperio, & objurigatione, sic enim superbia dæmonis magis confunditur. Tertio requiritur, ut exorcizatio solemnis fiat ab habente potestatem, quæ non omnibus conceditur, sed tantum aliquibus, secundum prudentiam Episcoporum, habentibus ordinem ecclesiasticum Exorcistatus. Unde nemo potest exorcizare sine facultate Ordinarii, etiamsi sit Regularis, ut decrevit Sacra Congreg. Episcop. & Regular. in Florentina 22. Februarii 1625. & expresse statuit Sac. Congreg. S. Officii die 5. Julii 1710. per litteram ency-

cliam directam omnibus Archiepiscopis, aliisque Ordinariis Italiae, & Insularum adjacentium, tenoris ut sequitur. "Lettera Circolare della Sacra Congr. del S. Officio, circa l'obbligo, e le qualità de' Sacerdoti da ammettersi all' esercizio dell' Esorcista."

"Essendo stati rappresentati alla Santità di Nostro Signore i gravi disordini, che seguono dalla multiplicata degli Esorcismi, che quasi universalmente s' inventano, e si praticano dalle persone destinate ad esorcizare, e volendo la medesima colla sua Pastorale sollecitudine dare a tali inconvenienti il necessario provvedimento, uditi prima li pareri di questi miei Eminentissimi Coleghi Signori Cardinali, Generali Inquisitori, & stabilito, che per mezzo di questa Sacra Congreg. s' ordina a tutti gli Arcivescovi, Vescovi, ed altri Ordinari d' Italia, e dell' Isole adiacenti, siccome colla presente s' ordina a V. S. che in avvenire non permetta, che alcun Sacerdote tanto Scolare quanto Regolare, sia ammesso all' esercizio di Esorcista senza che prima sia consti della di lui pietà, integrità di vita, e prudenza, e senza che abbia tutte le qualità ricercate per tale amministrazione dal Rituale Romano."

"Vuole in oltre sua Beatitudine, che ella insista con tutta la sua attenzione, e vigilanza, acciocchè le persone, che da lei saranno stimate capaci di tal ministero, si vagliano della direzione del sopraddetto Rituale Romano, e che non preteriscan le regole, che in quello si prescrivono. Tanto V. S. dovrà eseguire per ubbidire esattamente alli Santi, e supremi Ordini di sua Beatitudine, e Dio la prosperi." Roma 5. Luglio 1710. = Di V. S. = Come Fratello. = G. Card. Marescotti.

Exorcista si tale exorcizandi munus exerceat circulis, & aliis modis insolitis, mittuntur in exilium, Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in una Venetiarum 27. Octobris 1603. Ad exorcizandi Moniales Ordinarii non concedit licentiam ingrediendi in Clausuram. Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Regiensi 15. Maii 1601. & in Cremonensi 1. Octobris 1610. Neque Sac. Congreg. illam concedere solet. Ead. Sac. Congreg. in una Venetiarum 14. Maii 1606. & in una Montis Regalio 10. Januarii 1617. Et si concedatur, intelligitur tantum pro benedicendis cellis de infectione suspectis. Ead. Sacra Congreg. in Imolensi 23. Februarii 1665. Unde eadem Sac. Congreg. 1. Julii 1609. pro Monialibus exorcizandis decrevit ut infra: "Nulla Monialis energumena intra monasterii septa à quocumque Presbytero seculari, vel regulari etiam Confessario exorcizetur, sed ad ecclesiam exteriorem ejusdem monasterii, obtenta prius à Sacra Congreg. licentia, ea de causa deducatur, vel transferatur. In translatione autem hujusmodi, sicut in actu exorcizationis honeste personæ consanguineæ, vel alie mulieris provectæ ætatis, ac probæ conversationis energumenam comitentur. Exorcizatio sit ad actum hujusmodi approbatus; exorcizatio minori, quo fieri potest, fiat strepitu, ecclesie janua eoque clausa remaneat, quousque exorcizatione completa ad monasterium energumena reducatur; Ceterum tam in reditu, quam in accessu ad ecclesiam, & monasterium respective, & sine diversiculo tendatur. Et alias consimiliter decrevit ut infra: Adhibitis debitis diligentibus ad cognoscendum, an Monialis sit revera vexata, datur licentia Sacerdoti Seculari, vel Regulari moribus & ætate gravi, eam exorcizandi in ecclesia exteriori intra terminum trium, vel ad summum sex mensium coram Confessario, & duabus, vel tribus feminis consanguineis, & januis clausis, modo expleto exorcismo statim reducatur in clausuram. Si vero spiritus, ut plurimum, erunt ficti, carceres, flagella, jejunia, compedes, & similia erunt ejusmodi energumenam exorcismi. Sacra Congreg. Episcop. & Regul. in Tiburtina 20. Julii 1580. in Fanensi 18. Aprilis 1600. in Vicentini. 14. Maii 1616. & in Bononiensi 18. Octobr. 1649.

Grave indicium diabolicæ vexationis est, quando ex fide jurata medicum constat nulla adhibita medicamentis profuisse, Sac. Congreg. Episcop. & Regul. in Per-

mensi 10. Novembris 1645. Deltrius autem lib. 3. Dirquisit. magic. cap. 2. sect. 2. quest. 3. Monacell. tom. 3. tit. 1. formul. 47. num. 4. & 5. plura referunt hujusmodi signa. Præcipua tamen sunt hæc, si obsessus loquatur variis linguis, quas nunquam didicit, si horreat omnia sacra, si præcipitiis se exponat, si statim intumescat, in aliqua parte corporis, & statim detumescat, si tacite interrogatus respondeat, aut tacito imperio pareat; si epilepsia laboret, si anxia scientia ignarum, se perfecte scientificum ostendat, si ita immobilis maneat, ut plurimum hominum viribus nequeat moveri, si sacra verba profere renuat, qualia sunt Miserere mei Deus. Qui habitas in adjutorio Altissimi. Magnificat anima mea Dominum. In principio erat Verbum, & similia, si à facie Sacerdotum, & præcipue exorcistarum fugiat, in ecclesiam ingredi nolit, & si ingrediatur, ab ea statim fugere procuret, cuncta benedicta, Sanctorumque imagines, & maxime Crucifixi non liceat inspicere nec deoculari, immo projiciat, & in hæc omnia conspuat, si clamet, cum aliquæ reliquie Sanctorum superponuntur ejus capiti, etiam occulte, & statim dicat: auferre istas à me, quoniam scietis, vel sunt nimis graves & hujusmodi. Ad hæc autem signa integre dignoscenda consule supradictos una cum Candido Brugnolo, aliisque hujusmodi scriptoribus.

(Exorcista græce, latine Conjurator, qui Domini nomine dæmonia ejicit: ideo orationes necessarias scribere tenetur: leg. 11. tit. 6. p. 1. Vid. pag. 246. lit. E in add. hisp. novis.)

18 Exorcismi in sacris ecclesie libris non relati, non debent admitti; Benedictus XIV. tom. 1. constitut. 89. incip. Inter Omnigenas §. 8. Exorcizandi ratio in Rituali Romano præscripta exacte observari jubetur ab eodem constitut. 141. incipient. Sollicitudini §. 43. Exorcistatus conferendus est Subdiacono, Diacono, & Presbytero, Græco, qui ritu latino ad Diaconatum, & Presbyteratum aut Episcopatum sint promovendi; Idem const. 57. incip. Etsi pastoralis §. 7.*

19 Præcipua ecclesie seculi non solum Clerici, verum & Laici donum ejiciendi dæmones habuerunt, & sic Exorcistarum officium usurparunt. Testatur Tertullianus de Coron. Milit. cap. 11. ejectionis à militibus fuisse spiritus immundos: Et quæ (ait) interdum exorcismis fugavisti, nactibus defensorum. Et lib. de Idololatr. cap. 11. tradit, parentes solitos exorcizare proprios filios: Quare (inquit) constantia exorcizavit Alumnus suos, quibus domum suam, & cellarium præstat? Ille quidem si excluderet dæmonem, non sibi placere de fide, nec ejus inimicum excludit. Notatur Baron. anno 56. Justellus in notis ad Canon 91. eccles. univers.

20 Postea peculiare ac distinctum munus in ecclesia fuit eorum, qui in gradum exorcistarum cooptati erant, ut docent plura de exorcistis affirmantes Balsamon in Can. 26. Synod. Laodicen. Ambian. ad Tertull. in Apolog. cap. 23. ad finem. Pamel. ad Epistol. 26. D. Cyprian. Espenc. ad D. Paulum lib. 1. Digress. cap. 9. Lindebrog. Verb. Exorcista, qui de his exorcistis accipiunt textum in L. 1. §. Medicos, de Var. & Extraordin. Cognit.

21 Per id vero temporis ad exorcistatum non ordinabatur nisi provectioris ætatis: Exorcista (opportune ait Hallier de Sacris Elest. & Ordinat. part. 3. sect. 6. cap. 1.) nequaquam ecclesie utiles esse poterant, aut officio suo idonei, nisi provectioris ætatis. Neque enim pueri vel adulescentes idonei videbantur, qui dæmones adjurarent, energumenos custodirent, alerent, etique manus imponerent. Unde recte & convenienter Sirricus eos, qui ab adolescentia Clericali adscriberentur, in Lectoris gradu atque officio, qui etate jam immatura, in Lectoris aut Exorciste ordine aut munere versatos esse præcipit antequam ad superiores ascendant. Justa eadem personarum diversitatem eisdem gradus Lectoris quidem in iis, qui ab ineunte etate clericali militiae adscripti erant, Lectoris autem, vel Exorciste iis, qui grandiores facti hanc vitam eligerent, attribuit Zosimus.

22 Mutata hæc disciplina, & commisso ut plurimum munere Exorciste Sacerdotibus, non amplius ad exorcistatum etas provectorum requisita est. Ferrar. Bibliothec. Tom. III.

EXPOSITI FILII.

Proposito dubio in Sacra Congreg. Concilii die 18. Decembris 1723. quomodo se gerere debeat parochus Sancti Spiritus in Saxia in collatione Baptismatis infantibus, qui ad archihospitale deferuntur, sive iidem habeant schedulam de Baptismo testantem, sive non habeant; & etiamsi ex colore, & ceteris corporis qualitatibus deprehendatur etiam esse constitutus in etate sex aut decem mensium, vel unius anni cum dimidio; Sac. Congr. die 15. Januarii 1724. respondit esse baptizandos sub conditione in omnibus casibus, excepto tamen casu schedula, quæ habeat certitudinem.

Alia ad rem, vide verb. Filius à num. 17. ad 20. & verb. Parentes à n. 20. ad 32. (Lit. A pag. 65. col. 1.)

EXPOSITIO SS. SACRAMENTI.

Expositio SS. Sacramenti permitti non debet nisi ex publica causa ab Ordinario approbata, etiamsi ecclesia sit Regularium, quod ex Tridentino sess. 22. cap. 8. evincit, & statuit Sac. Congreg. Concilii. Quamquam ex causa privata licet Regularibus in propriis ecclesiis exponere Sacramentum, dummodo non extrahatur è tabernaculo, & Hostia sit velata, ut ex pluribus S. Congregationis decretis firmatur Institut. Eccl. 30. §. 11. & 12.

Reprobatur apud frequentes Scriptores usus exponendi palam SS. Eucharistiam in festis Sanctorum. Ibid. §. 15.

Si exponatur SS. Sacramentum intra tabernaculum apertum & in pyxide lecta, sex saltem candela ardere debent ex sensu Sac. Congregationis. Ib. §. 21.

Verum si extra tabernaculum id fiat in ostensorio velato, tunc saltem duodecim candela ardentes appendenda. Ib. §. 23.*

EXTRACTIO.

Extractio Rei inquisiti, vel damnati à loco immuni in casibus permittitur, si Clericus sit, fieri potest à curia episcopali ex officio; & si laicus, non nisi ad instantiam curiæ secularis. Benedictus XIV. tom. 1. constitut. 8. incip. Alias §. 5. Ad extractionem inquisiti à loco immuni, in dictis casibus procedi potest, habitis indicibus delicti sufficientibus ad Torturam; Idem Ibid.

Ad extractionem vero banniti, seu damnati in contumaciam in similibus casibus, visa sententia contumaciali & actis, quibus illa fundatur. Idem ib. §. 6. Extractionis, & traditionis denegatio, aliaque decreta Judicis ecclesiastici super ejus competentia, allegari nequeunt in judicio super executione sententiæ contumacialis. Idem ib.

De extractione Reorum ad Sacre Inquisitionis officium spectantium à locis immunibus, vide tom. 6. verb. Immunitas: ubi ad rem duæ afferuntur constitutiones Benedicti XIV.

Extractio segetum, fatinæ, & olei extra Statum Ecclesiasticum sine speciali chirographo Papæ prohibetur sub gravissimis penis, sublata cullibet facultate concedendi licentias extrahendi. Idem tom. 2. constit. 82. incip. Quo die.

Quo vero ad alias res mobiles, aut se moventes, remittitur arbitrio Legatorum, Præsidium, & Gubernatorum provinciarum. Idem ib.

Extractio segetum, aliorumque per aquam etiamsi recta ducantur ad alia loca ditionis ecclesiasticæ, nisi fiat cum præscriptis cautelis, reputanda erit pro extractione à Statu, & penis puniendi. Idem ibidem.

Extractio ejusdemque rei de provincia ad provinciam quocumque tempore, atque etiam extra Statum Ecclesiasticum

cum permittitur pauperibus, qui spicas à messoribus relictas colligant. Idem. *Ibidem*. Item mercenariis, qui bus pro mercede datur frumentum, vel quid simile. Idem *ibidem*. Idem Mendicantibus, qui elemosynæ loco, & pro victu cœnobii ea colligant. Idem *ibidem*. Ac denique iis, qui pro edulis ad fora delatis, & loco pretii recipiunt. Idem *ibidem*.

(Cum juxta casus occurrentes non solum specierum, sed aliarum rerum extractio, & ingressus prohibeatur, aut concedatur, determinatum adimplebitur: secus enim in legum perfractores proceditur; memorie demandetur *tit. inter alios 18. lib. 6. Recop. 9. lib. 6. Ord. Reg.* ubi per terdecim & centum leges permulta, quorum extractio, & ingressus determinatur, præscribuntur, & signantur: nullum exemplum præfigitur, quoniam quotidie experientia demonstrat, quorundam extractionem & ingressum aliquamdiu vitari, aliquamdiu permitti: & à nemine hæc omnia possunt melius animadverti quam à Principe, semper utilitati vassallorum consulente; necessitas prout in communi, ad utrumque normam constituit. Absque quo decreta nostris temporibus in hunc finem directa in medium conferantur, veritas assertio- nis præcedentis, si viginti quatuor Act. Acord. *tit. 18. lib. 6. Recop. Cast.* cogitantur, patescet.)

EXTREMA UNCTIO.

SUMMARIUM.

- V**ARIÆ in ecclesia Dei habentur in praxi unctiones hujus Sacramenti definitio: à quo, & quando fuerit institutum: ejus materia, & forma: hæc quomodo est profrendenda, ad num. 13.
- 14** Quibus partibus est faciendus: quid, si aliqua careat infirmus: quæ observanda tempore pestis: minister sacramenti qualis. Regularis an possit eandem conferre: valeat necne à pluribus sacerdotibus conferri, ad num. 31.
- 32** Quid si ungens repente morbo moriatur, quomodo prossequendum: Subiectum capax ad ejus receptionem designatur: an iteranda: quod peccatum committatur, eo non recepto, ad num. 41.
- 42** Si parochus non ministret, & infirmus sine ipso sacramento ex hac vita discesserit, an peccet, etiam si contagii propter pestem detur periculum, ad n. 44.
- 45** Effectus præcipui Sacramenti Extreme-Unionis declarantur: Oleum infirmorum ubi, & quando asseruari debeat, ad num. 51.
- 52** Subnectuntur supplementa Auctoris, ad num. 67.
- 68** Novæ addit. ex aliena manu, ad num. 92.

VARIÆ in ecclesia Dei habentur in praxi unctiones, prout dirigitur ad varias personas; Prima est Cathemenorum, quos oleo benedicto Sacerdos ante Baptismum ungit in pectore, & inter scapulas. Secunda Baptizatorum, quos chrismate ungit Sacerdos in vertice. Tertia Confirmatorum, qui per Episcopum unguuntur in fronte. Quarta Principum secularium, qua humeris, & brachiis unguuntur. Quinta est Sacerdotum, & Episcoporum, quæ fit in illorum ordinatione. Sexta est infirmorum ad extrema reducorum, de qua solum in præsentis est sermo. Unde *Extrema Unctio* dicitur, ut observat Tridentini Concilii Catechismus *part. 2. ibi*: "Quare hæc unctio à majoribus nostris Sacramentum ætiam unctionis infirmorum, & Sacramentum exeuntium dicta est." & ipsum Tridentinum *sess. 14. cap. 3. de Extrema Unct.* dicit expresse: Unde & Sacramentum exeuntium nuncupatur.

Sacramentum Extreme Unionis "est unctio hominis infirmi penitentis facta in determinatis partibus corporis cum oleo consecrato ab Episcopo; ministrata à Sacerdote simul verba certa cum intentione debita profertur, ex institutione divina efficaciter significans curationem finalem venialium." Sic Scotus in *4. d. 23. quest. unica.* Est de fide certum, Extremam unctionem

esse verum, & proprie dictum Sacramentum novæ legis à Christo Domino institutum. Sic docet Concil. Flor. in Decreto Unionis, & Tridentinum *sess. 14. de Extrema Unct.* *cap. 1. ibi*: "Instituta est autem sacra hæc unctio infirmorum, tamquam vere, & proprie Sacramentum novi Testamenti à Christo Domino nostro apud Marcum quidem (cap. 6.) insinuatum, per Jacobum autem Apostolum ac Domini fratrem fidelibus commendatum, ac promulgatum. (Jacobi 5.) Infirmatur (inquit) quis in vobis? inducat Presbyteros ecclesie, & orent super eum, ungentes eum oleo in nomine Domini, & oratio fidei salvabit infirmum, & alleviabit eum Dominus, & si in peccatis sit, dimittentur ei." Et *ibidem* Canon. 1. sic definit Concilium contra Hæreticos: "Si quis dixerit Extremam unctionem non esse vere, & proprie sacramentum à Christo Domino institutum, & à B. Jacobo Apostolo promulgatum; sed ritum tantum acceptum à Patribus, & aut figmentum humanum, anathema sit." Et jam hoc definitur *etiam sess. 7. can. 1. ubi* anathematizati dicentes non fuisse à Christo Domino instituta omnia sacramenta novæ legis, & ipsa esse vel pauciora quam septem, inter quæ expresse numerat Extremam unctionem. Hoc Sacramentum Extreme Unionis probabilis fuit institutum post Resurrectionem, quando Christus Joann. 20. instituit. penitentiam, cujus consummativam esse Extremam unctionem dicit Tridentinum *sess. 14. de Extrema Unct.* in præmio.

Materia remota Extreme Unionis est Oleum Olivæ ab Episcopo benedictum. Proxima autem est ipsamet unctio facta hoc oleo. Est communis, & constat ex Concilio Florentino in decreto Unionis, ubi dicit, quod *Extrema Unionis materia est oleum olivæ per Episcopum benedictum, & Tridentinum sess. 14. de Extrema Unct.* *cap. 1. ibi*: intellexit enim Ecclesia materiam (Extreme Unionis) esse oleum ab Episcopo benedictum, & constat etiam ex verbis Apostoli Jacobi c. 6. *ibid*: Ungentes eum oleo in nomine Domini. Oleum hoc debet necessario esse benedictum ab Episcopo necessitate sacramenti, ita ut adhibito oleo non benedicto ab Episcopo, nullum fiat sacramentum: Est communis Doctorum sententia. Et colligitur ex traditione apostolica, ut tradit Beda in c. 6. *Marci*, *ibid*: "Unde patet ab ipsis Apostolis hujus Sanctæ ecclesie morem esse traditum, ut Emergentium, & illi quilibet ægroti unguantur oleo pontificali benedictione consecrato." Idem expressus tradit Concil. Trident. *sess. 14. cap. 1. Extrem. Unct.* *ibid*: "Quibus verbis, ut ex apostolica traditione per manus accepta, ecclesia didicit, docet materiam, formam, proprium ministerium hujus salutaris sacramenti; Intellexit enim ecclesia materiam esse oleum ab Episcopo benedictum." Et sic tenent Sanctus Thomas in *4. dist. 23. quest. 1. art. 3. ad quest. 4. & in supplement. quest. 30. art. 6.* Sanctus Bonaventura in *4. dist. 23. art. 1. q. 3.* Scotus *ead. dist. num. 5.* Layman *lib. 5. tract. 8. de Extrem. Unct. cap. 1. num. 1.* Durand. *q. 6. Paludan. in 4. dist. 33. q. 1. art. 1.* Reiffenstuel in *Theol. moral. tract. 14. dist. 11. q. 1. num. 7.* Henno *tom. 2. disp. unic. de Extrema Unct. quest. 3. concl. 2.* Pontas *verb. Extrema Unctio cap. 3.* Sylvius in *supplem. S. Thom. q. 29. art. 5. & 6.* Fagnan. *lib. 1. de cr. in cap. Cum venisset 1. de Sacra Unctio num. 51. & 52.* Bellarmin. *cap. 7. Suarez disp. put. 40. sess. 1. Coninch. tom. 2. disp. 16. dub. 2.* Sotus in *4. dist. 23. q. 1. art. 3.* Aversa *sect. 2.* Diastill. *de Sacram. Extreme Unctio. n. 32.* Felix Potestas *tom. 1. num. 3908.* & alii passim; & Gobat de *Extrema Unctio. num. 704.* ubi testatur esse de communi Theologorum; La-Croix *lib. 6. part. 2. num. 2092.* ubi asserit quod communissima dicit ex præcepto Christi requiri hic benedictionem Episcopi.

Non desunt tamen magni nominis Doctores qui dicunt simplicem Sacerdotem ex Papæ commissione oleum benedicere posse pro usu hujus sacramenti; Sic Cajetanus *2. 2. quest. 7. artic. 3.* Victoria de *Extrema Unct.* *num. 216.* Henr. *lib. 3. cap. 3. num. 1.* Zambranus *c. 5. de Extrema Unct. num. 7.* Rodig. *theol. scholastic. 1. 5. quest. 21. art. 2.* Frassen de *Sacram. Extrem. Unct. concil.*

eil. 5. Juvenin de *Extrema Unctio. q. 3. concl. 4.* Rosignolus de *Extrema Unctio. q. 1. art. 3. num. 12.* & alii. Et probant à pari de sacramento Confirmationis, cujus licet ordinarius minister sit solus Episcopus ex Concilio Florentino in Decreto Eugenii *V. I. de unione Armenorum & in Trident. sess. 9. Canon. 3. de Confirm.* tamen ex dispensatione Summi Pontificis potest ipsam ministrare etiam simplex Sacerdos ex *cap. Pervenit 1. dist. 95.* ubi refertur Sanctum Gregorium Papam hæc facultatem concessisse Presbyteris Sardinie propter defectum Episcoporum, *ibid*: "Ubi Episcopi desunt, ut Presbyteri etiam in frontibus baptizatos chrismate ungeri debeant concedimus." Et hoc expresse indicat Eugenius *IV.* in Concilio Florentino *loc. cit. ibi*: "Legitur tamen aliquando per Apostolicæ Sedis dispensationem ex rationabili, & urgente admodum causa simplicem Sacerdotem chrismate per Episcopum confecto hoc sacramentum Confirmationis administrasse." Et talem facultatem concesserunt etiam alii Summi Pontifices variis Religiosis, ut Innocentius *IV.* Patribus Prædicatoribus, Joannes *XXII.* & Leo *X.* Fratribus Minoribus pro Indis, teste Rodriguez in suo Bullario Regular. in Bulla Leonis *X.* Gregorius *XIII.* Patribus Societatis, ut testatur Suarez, & alii. Unde inferunt ipsi, ergo etiam ex concessione Summi Pontificis poterit simplex Sacerdos oleum infirmorum sanctificare, cum videatur quid majus confirmare, quam oleum simpliciter benedicere, & sanctificare. Tum quia id patet ex antiquissima consuetudine Ecclesie Græcæ, in qua simplices Sacerdotes ex commissione Episcopi, approbante Romano Pontifice, oleum infirmorum benedicunt, quam consuetudinem approbavit Clemens *VIII.* in instructione super ritibus Græcorum de oleo Cathemenorum, & infirmorum constit. *incip. Sanctissimus*: ubi expresse hæc habet: "Non sunt cogendi Presbyteri Græci olea Sancta, præter christiana ab Episcopis latinis diocesanis accipere. Cum hujusmodi, olea ab eis in ipsa oleorum, & sacramentorum exhibitione ex veteri ritu conficiantur, sui benedicantur; chrisma autem quod nonnisi ab Episcopo etiam juxta eorum ritum benedici potest, cogantur, accipere." Ex quibus doctè inferit Rosignolus *loc. cit. num. 12.* "quod benedictio episcopalis non sit de necessitate sacramenti, sed sufficiat sacerdotalis. Si etenim esset de necessitate sacramenti, etiam apud Græcos requireretur, ut ex se patet: Unde quod refertur ex Conciliis supra recensitis, intelligendum est solummodo de necessitate præcepti." Hæc ipse, qui *num. 12. in fine* concludit: "In hoc consulendum arbitror Sacram Congregationem. Quæ revera opinio non est inferioris ponderis, ne dicam majoris, quam prima.

Oleo benedicto in casu necessitatis ob infirmorum copiam potest valide, & licite sæpius addi oleum non benedictum, dummodo singulis vicibus minor quantitas addatur non benedicti, colligitur ex *cap. Quod in dubiis 3. de consecrat. eccles. vel Altaris, & in Rituali Romano sub tit. de Extrema Unctio*, ex responsione Sacræ Congregat. Supremæ & Universalis Inquisitionis ad dubium, ut sequitur.

Eminentissimi, & Reverendissimi Signori.

"Determinandosi nel Decreto di cotesta Sacra Congregazione fatto sotto li 2. Marzo 1679. sopra la condanna di 65. Propozizioni, che circa il valore de Sacramenti non si debba seguire l'opinione probabile lasciata la più sicura; & essendo opinione contraria tra Teologi, se per supplire all' Olio santo, che mancasse, sia lecito aggiungere del non benedetto in più volte, purchè l'aggiunto considerato separatamente, ed in ogni aggiunta, sia la minor quantità dell'Olio Santo, benchè considerate tutte le aggiunte insieme fosse maggiore; di qui è nato dubbio nella Diocesi di Sevilla, nella quale per la vastità è impraticabile benedire tant' Olio, che basti senza l'aggiunta, se sia lecito fare detta aggiunta all' Olio Santo, per esservi molti Teologi, che tengono l'opinione negativa per più sicura: Onde per avere la risoluzione di-

tal dubbio l' Arcivescovo di Sevilla, devotissimo Oratore fece porgere all' Eminenze Vostre un memoriale consultivo, nel quale si deducevano le opinioni de Teologi sopra questo punto. Ma non avendo sin' ora avuta la dichiarazione, supplica perciò l' Eminenze Vostre degnarsi di dargliela per sicurezza, & quiete della coscienza propria, e del suo gregge.

Feria 5. die 23. Sept. 1682. in Generali Cong. S. 10

Officii habita in Conventu S. Mariae super Minervam Eminentissimis, & Reverendissimis Dominis S. R. E. Cardinalibus in tota Republica Christiana contra hæreticam pravitatem Generalibus Inquisitoribus à Sede Apostolica specialiter deputatis, lecto prædicto memoriale; Eminentissimi, & Reverendissimi Domini Cardinales Inquisitores prædictæ Congreg. decreverunt in casu proposito posse.

Franciscus Richardus S. Rom. & Universalis Inquis. Not.

Forma sacramenti Extreme Unionis sunt sequentia verba: Per istam Sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid per visum, auditum, odoratum &c. deliquisti. Amen. Sic Concilium Florentinum, & Tridentinum *loc. cit.* una cum Rit. Rom. sub tit. de *Extrema Unctio*. Invocatio Sanctissimæ Trinitatis non est de essentia, quia Concilium Florentin. & Tridentin. præmissam formam assignant: Communis. Forma Extreme Unionis non potest proferri, nisi modo deprecativo, non autem mere indicativo, quia ita instituit Christus, prout promulgavit D. Jacobus *c. 5. Inducatur Presbyterus, & orent super eum*; quod satis indicat formam hujus sacramenti debere esse deprecativam, ut tradunt communiter Doctores. unctiones communiter sunt faciendæ in septem partibus infirmi sub eadem forma, variato solum nomine partis, quæ actualiter ungitur; Ita expresse Concilium Florentinum *loc. cit.* & Rituale Romanum Pauli *V. sub tit. de Extrema Unctio*. Ubi ipsum Rituale dicit unctionem renem in feminis honestatis gratia omitterendam esse, sicuti etiam in viris, quando infirmi commode moveri non possunt. Neque tunc sive in feminis, sive in viris alia pars corporis debet ungi pro ipsis renibus, Rituale *ibidem*. Si autem aliquis careat aliquo sensibus, v. g. visu, seu mutilatus existat aliquo membro, v. g. manu vel pede, tunc debet ungi pars illi sensui, seu membro proxima qua peccare potuit, licet non per sensus externos, per potentias internas illis correspondentes, vel per desiderium actus illiciti, Rituale *ibidem*.

Tempore pestis, aut alterius necessitatis, quo omnes unctiones fieri non possunt, sufficit unica unctio in quolibet sensu magis ad unctionem exposito, ac defecto cum unica tantum forma omnes corporis sensus exprimentis sic: "Per istam Sanctam unctionem, & suam piissimam misericordiam indulgeat tibi Dominus quidquid deliquisti per visum, auditum, odoratum, gustum, gressum, & lumborum delectationem. Amen." Extra tamen casum necessitatis non sufficit ad valorem unica unctio, nec pro materia chrismata, sed debet esse oleum benedictum distinctum à chrismate: Scotus in *4. distinct. 25. lit. D.* quia opinionem asserentes, ut potius minus tute, & exponentes sacramentum periculo frustrationis & nullitatis, non sunt prædicandæ ex decreto Innocentii *XI.* edito *die 2. Martii 1679.* in quo inter alias fuit damnata sequens propositio prima in ordine: "Non est illicitum in sacramentis conferendis sequi opinionem probabilem de valore sacramenti, relicta tutiore, nisi id veteri lex, conventio, aut periculum gravis damni incurrendi." Hinc sententia probabilis tantum utendum non est in collatione Baptismi, Ordinis Sacerdotalis, aut Episcopalis. Solum igitur hoc esset illicitum in casu necessitatis, quo non adesset nisi chrismata, vel non possent fieri omnes unctiones, sicuti in casu necessitatis baptizandi infantem, si non possit haberi aqua naturalis, aut nequeat abluere in capite, licitum est eum baptizare sub conditione in lixivo, in digito, & hujusmodi, cum in tali casu titulus procuratur salus anime infantis, quam nullo modo eum bapti-